



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvatii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

De affectione ad temporalia. Cap. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

PARS PRIMA • 45 •  
De affectione ad temporalia,  
Macula I I.

CAPVT III.

**S**i vis perfectus esse, vende & vende omnia que habes, & da pauperibus, & sequere me. *Matth. 19.*

Insignis est hæc macula, onus intolerabile, atq; impedimentum maximum: animæ quæ sponsi sui vestigijs inhærere: ac IESVM Christum mendicum, ac pauperem sequi atq; imitari desiderat. Quare necessarium est, vt temporalia hæc atq; omnium rerum terrenarum, quamuis minimarum, affectionem à se præcidat, atq; resecet; si ad perfectionem toto conamine ferri cupit.

Veruntamen antequam ad huius maculæ dilucidiorum tractationem progrediamur, dubietatem quandam quam mihi quispiam, supradicta Christi autoritate permotus, obijcere posset, dissoluemus.

Dubietas autem eiusmodi est. *Opusne sit  
opusne sit ad perfectionem adipiscendam, votum voluntariæ paupertatis*

*Temporalia  
maximope-  
re impedi-  
unt animam,  
ne ad perfe-  
ctionem per-  
tingat.*

*Opusne sit  
opusne sit ad perfectionem adipiscendam, votum voluntariæ paupertatis*

*temporalibus cunctis renunciare.* tatis emittere, atq; temporalia cuncta relinquere, hoc enim videtur docere prædicta sententia.

*In quo consistat vera paupertas.*

Ad hanc quæstionem Doctor Angelicus S. Thomas respondet: Perfectionem essentialiter non consistere in paupertate, aut tribus votis, sed in Christi sequela secundum virtutes intrinsecas: voluntariam verò paupertatem, cæteraq; vota, instrumenta tantummodò, siue adiumenta, & exercitia esse, per quæ faciliori negotio perfectionis culmen apprehenditur, quandoquidem paupertas à solitudine, & cura rerum temporalium nos expedit, atq; superbix causam quæ ab hac radice vt plurimum enascitur, amputat. Itaq; nihil obstat quo minus aliquis perfectus esse queat, etiam sine prædictis votis, quia Abraham perfectus fuit, qui diues pecoris & opum, matrimonioq; iunctus fuisse legitur. Itidem Episcopi omnes præ religiosi in statu sunt perfectiori, qui tamen bona propria possident. Idem de cæteris votis dicendum.

Pro

Pro explicatione autem verę pau-  
 pertatis declaratione, duo notanda  
 sunt. PRIMVM est: Quod is qui  
 perfecto & resignato corde omnia  
 sua in diuino benepiacitum potest  
 resignare, & perinde habet quicū-  
 que de illis Deus disponat, siue illa  
 relinquat, siue auferat; eisque non  
 nisi ad necessitatem iuxta status, &  
 naturę, aliarumque conditionum  
 exigentiam, atque supremum Dei  
 honorem, & gloriam, iuxtaque san-  
 ctissimam eius voluntatem, vtitur:  
 imò si noscet acceptius esse Deo, vt  
 ea vëderet, ac in pauperes erogaret?  
 id facere paratus esset. Talis quam-  
 uis multa regna possideret, perfectè  
 ac voluntariè pauper esset, nam Deo  
 gratius est vt homo ab affectione &  
 solitudine rerum temporalium li-  
 ber sit, quę vera paupertas est: quam  
 vt ijs omnino careat, quę paupertas  
 duntaxat exterior est. Hoc est quod  
 S. Apostolus Paulus ait. *Tanquam nihil*  
*habentes & omnia possidentes. Quod*  
*tunc verè in homine impletur, quā-*  
*do ita solutus ac liber est, ab omni*  
 affectu

*Quomodo  
 renuntian-  
 dum sit per-  
 fectionis stu-  
 dio so bonis  
 temporali-  
 bus.*

*Quomodo  
 etiam in  
 multarum  
 opum posses-  
 sione quis  
 verè pauper  
 esse possit.*

*2. Corint. 6.*

at affectu rerum temporalium, vt si diuina permissio illa ei auferantur, placito & quieto animo id de manibus Domini suscipiat, diuinæque voluntati se conformet, dicēdo cum S. Iob: Dominus deus: Dominus abstulit: sicut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Et licet quandoque sentiat aliquam in sensitua & inferiori parte repugnantiam, Deus tamen, modò ratio integrè in diuinam voluntatem sit resignata, non iudicabit illum secundum exiguam illam in natura bestiali & sensitua rebellionem. Hac est vera paupertas, ad quam omnes perfectionis studiosi aspirare, totoq; conamine vt eam adipiscantur, laborare debent: & cor suum semper resignatum quietumque in Deo seruare; ac hoc solo, quod Deus de rebus eorum disposuerit, contenti esse.

*Iob. 1.*

*Perfectio-  
nem non im-  
pedit repu-  
gnantia na-  
turae sensiti-  
uae.*

*Illos qui tri-  
bus votis se  
se obligant  
non propte-  
rea perfe-*

SECVNDO: Notandum est, qui paupertatis cæterisque votis sese obligant, non propterea perfectos esse, sed obligatos pro virili ad perfectionem tendere. Quod etiam singulari

PARS PRIMA. 49

gulari pietate & eruditione vir P. Ludouicus Granatensis, in tractatu quodam, cui titulum fecit. Regula vitæ spiritualis: luculentissimis verbis testatur, cum ait: Meminerit Religiosus se sub præcepto peccati mortalis, ad perfectionem quam professus est tendere obligatū esse.

*Etos, sed ad perfectionem tendere obligatos esse. Sententia nobilis P. Ludouici Granatensis.*

Verum vt ad paupertatis explicationem redeamus: sciendum tres esse paupertatis gradus: *Primus* est, Paupertas professionis. *Secundus* est, paupertas in vsu rerum temporalium. *Tertius*, paupertas affectionis.

*Tres gradus paupertatis.*

**PRIMVS** paupertatis gradus est eorum, qui nihil quidem possident, sed omnibus abundare volunt, ijsq; cum tanto affectu inhærent, vt si ab illis ea auferantur, aut illis petita denegentur, murmurent & conquerrantur. Hæc est paupertas admodum imperfecta: Et qui tales sunt, strictissimam in hora mortis rationē Deo reddent, cum pauperes tantummodo sint coram hominibus, non coram Deo.

*Primus gradus paupertatis.*

**SECUNDVS** paupertatis gradus

*Secundus*

C

us est corū; quōs necessaria duntaxat cupiunt ac desiderant, superflua verò, curiosa & pretiosa reijciunt, eaque si illis offerantur, dolent: Hi quidem omni laude d'gni sunt, at in hoc reprehendendi, quòd nimio affectu, & cupiditate ad necessaria feruntur, quia quamuis rei etiam maximopere necessariae vsus licitus sit, vetitum tamen est, nimia cum affectione & cupiditate eam quærere, ac appetere.

*Tertius gradus paupertatis.*

TERTIVS paupertatis gradus est, verorum Dei seruorum, qui tanto paupertatis desiderio flagrant, vt cor ab omni rerum temporalium amore quàm longissimè separatum habeant, quinetiam naturæ necessarijs cum nausea & fastidio vtuntur. Hi sunt verè pauperes, de quibus dicit IESVS Christus in Euangelio

*Matth. 5.*

*Beati pauperes spiritu.*

*Modus eluendi Maculam affectionis ad temporalia.*

TRIBVS modis, anima quae sponso suo in omnibus placere desiderat

PARS PRIMA. • 52

siderat, ab hac macula mundatur.

PRIMO si consideret: Tempora- *Diuitie re-*  
lia hæc tandem ab inuitis etiam re- *linquenda*  
linquenda esse; & in morte nemi- *sunt.*  
nem ea secum asportaturum: Hac  
consideratione se solabatur S. Dauid  
cum ait: *Ne timueris cum diues factus fu-* *Psalms. 48.*  
*erit homo: & cum multiplicata fuerit glo-*  
*ria domus eius. Quoniam cum interierit*  
*non sumet omnia, neque descendet cum eo*  
*gloria eius.*

SECUNDO si secum expendat: *Damna di-*  
Diuitiæ quantum animæ nocomen- *uitiarum.*  
tum adferant. Nam (vt S. Paulus ait,) *Timot. 6.*  
*Qui volunt diuites fieri, incidunt in tenta-*  
*tionem & laqueum Diaboli.*

TERTIO si secum reuoluat: vbi *Vere diuiti-*  
veræ diuitiæ constituendæ sint: *tie quæ.*  
Quod luculenter demonstrat Chri-  
stus, cum ait. *Thesaurizate vobis thesau-* *Matth. 6.*  
*ros in celo, vbi neque arugo neque tinea*  
*demolitur, & vbi fures non effodiunt nec*  
*furantur. Vt enim D. Gregorius ait: si* *D. Grego. in*  
*confideremus, fratres charissimi,* *homil.*  
*quæ nobis promittuntur in cælis,*  
*vilescunt animo omnia quæ habentur*  
*in terris. O quàm nitidè aqua*

C. 2. tri-



triplicis huius considerationis animam quæ eas profundè cordi suo infixit, ab omni huius affectionis macula emundat: O quam perfectè illam ab omni rerum transitoriarum affectione liberat atque expedit.

*De affectu inordinato ad res sensuales, Macula tertia.*

## CAPVT IIII.

Rom. 8.

**E**RGO fratres debitores sumus: non carni, vt secundum carnem viuamus: si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis; ait S. Paulus Apostolus:

Rom. 13.

*Quam foeda  
fit macula  
sensualitas  
& vnde o-  
uiatur.*

Qui & alibi dicit: Carnis curam ne feceritis in desiderijs. Hæc macula sensualitatis admodum fordida & foeda est, in quocunq; reperta fuerit; animamq; quam possederit, vehementer turpem ac deformem efficit.

A plurimis autem initijs siue fontibus ea deriuatur, precipuè à quinque sensibus extrinsecis, quamuis & interiores ei magnum adiuuentum præbeant; nempe, visu, auditu, odoratu, gustu & tactu: A gula vero,  
& lux.